

# BONUS MULIER,

Sive

## Centuria Juridica Practica Quæstio-

num illustrium : De Mulieribus, vel Uxoribus.

Ex textibus juris civilis, & Canonici in primis,

*L. doce ancillam. & audacter in eam ff. de Ventre inspiciendo.*

*L. in copulandis & Stichus 4. & foramen in uno, & fortiter & ff. de ven-  
tre in posse: mittendo.*

*L. Un: Cod: de Mulieribus in quo loco Sexui congruentia agnoscant.*

*Cap. cum MARTHA 10. & dignum & justum est X. de purific. post partu*

*Cap: Tonsura prima 12. cap. Clericus COAD JUTOR 13.*

*Cap: Clericus adulter X. de vita & honestate Clericorum.*

Et ex universo iure Pandectarum, desumpta & selecta.

### QUAM PRÆSIDENTE

Magnifico, Clarissimo, & Consultissimo Viro, Dn. CUNRADO TRFM-  
TACINQVIO, J.U.D. & in Illustriss: & Florentissima RHODISIANA Gal-  
lorum Academia pro tempore Rectore & Professore primario Celebre-  
rimo pro Licentia & gradu in utroq; jure consequendo, publicè  
pro viribus defendere conabitur.

**JOACHIMUS EBERARTUS AB HANNOV.**

*E Q: MUND. &c.*

Fiet Disputationis initium in majori Collegio Scholarum Idus Quintil:  
proximus feriis Canicularibus, & sequentibus Hilaribus Martinianis,  
festivitatibusq; Bacchanaliorum, horis matutinis, vesperti-  
nis, & nocturnis, quando, & quandiu quis po-  
terit, & alicui videbitur.



RHODIS,  
Excudebat Daniel de Baretius,

ANNO

---

*M, DC, XVII,*

# CENTURIÆ JURIDI.

## CÆ PRACTICÆ QUÆSTIONUM ILLUSTRUM.

### I. THESIS.

**M**ulieres sive UXORES, licet non sint communes, juxta Anabaptistarum opinionem! at tamen eas, in commercio virorum esse oportet. Quemadmodum videmus plerasq; mulieres, in civitatibus Hansiacis, in commercio esse, in primis ubi Clerici, & Hispani, Angli, & Hollandi, dominantur, qui cum mulieribus, viris interim vinum bibentibus, & consentientibus, Commercia indesinenter exercent, idq; quia Notarium est, ullâ probatione non indiget, sed sola allegatio sufficit.

**L.** Si adulterii cum incestu si dem pollioni ff. adl. Iuliam de adult.

Sic CATO Uticensis summus Philosophus concessit Hortentio usum conjugis suæ, referente:

*Appiano lib. 2. bell. civil.*

Et Socratem summum politicum, & omnium sapientissimum, uxorem suam Xantippen usuariam alteri deditisse, Scribit Plutarchus in vita Socratis.

*Laert lib. 2. in vita eiusdem.*

Unde apud Spartanos Lex erat, licere cum uxore alterius consuetudinem habere, si modo vir permitteret, quod & Cicero in pr: librorum suorum de inventione attestatur.

Uxores autem Communes esse debere CARPOCRATES docuit, quod etiam de secta Nicolitarum scribitur in Ecclesiastica Historia lib. 3: cap. 29: Unde apud multas Gentes communem mulieris usum per manus testantur.

*Diodor. Sicul. lib. 1. cap. 1. Alexand. lib. 1. cap. 1. Cælius Rhodig. lib. 1. cap. 18.*

Hinc Cabades Rex Persarum qui adhuc hodie Nicolaum